



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 11. Christi nomen foribus præfixum, in terræ motum profuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

Charybdim, inter ipsas mundi ruinas, in-
columes euadetis.

§. XI.

*Christi nomen foribus prefixum, in terra
motu profuit.*

Hoc multi terræ motus demonstrau-
runt; sed luculentissimo prodigo ille, qui,
An. Christiano 528. à priore Antioche-
no terræ motu tertius fuit numeratus. Et-
enim, vt Euagrius, ac Nicephorus, ac post Euagr.
eos Baronius, testantur, eadem rursus ciui-
tas grauioribus motibus agitari, direque
admodum concuti cœpit. Cùm autem ea
res sit, inter maximè formidanda, ijs tamē
magis videtur metuenda, qui timorem nō
ex auditu, sed experientia hauserunt. Tre-
mente igitur denuo terra, Antiocheni præ-
teritorum malorum recenti memoria pe-
nitus consternati, cùm in humanis nullum
superesset subsidium, ad diuina patrocinia
confugerunt: rati eiusdem esse, percutere &
sanare. Est sæpe necessitas magistra pietatis.
Ea itaque quid hominibus ipsâ terrâ
magis trepidantibus suaserit, Nicephorus
his, in compendio, verbis refert: *Vnusquisq;
ciuum Christi nomen præ foribus inscribens,
eo modo terra motum dispulit; cùm Deus re-*

li. 4. ca. 6.
Niceph.
li. 17. c. 3.
Baron.
tom. 7.
An. 528.
num. 22.

I i 4 ligiosa

504 Cap. XVIII. Terra mala, & præcipue

ligioso cuidam homini oraculo hac verba foris
inscribere præcepisset: CHRISTVS NOBISCVM,
STATE. Ita, cuius sanguine ac meritis toni
mundi salus stetit, steterunt & mania, &
ædificia pulcherrimæ ciuitatis; ac ipse ho-
minum Redemptor, qui, die tertia, ut Ter-
tullianus ait, concussa repente terra, & mole
renelata, quæ obstruxerat sepulchrum, & cu-
stodia paucore disiecta, resurgens de morte

Tertull.
in Apot
log. c. 21.

Matth.
18 28.

Ibid.
v. 20.

triumphauit, clarè ostendit, datam sibi om-
nem potestatem in cælo & in terra. Quæ po-
testas magnam nobis fiduciam parit. Cum
enim dixerit: Ego vobiscum sum, omnibus die-
bus, usq; ad consummationem saeculi, merito
& foribus, & cordibus nostris inscribimus:
CHRISTVS NOBISCVM, STATE. Naves, in-
fluctibus, anchorâ fulciuntur, ac, ne à por-
tu abripiantur, ad rupem religatae seruan-
tur. Sic, quassata terra, spes nostra Chri-
stus, & portus noster esse debet. Quæ pul-
chrior esse caussa grauiorque potest; quam
ut terra motibus moueamur ad Christum
quærendum, quem pericula à capitibus
nostris depulsa clamant, esse totius naturæ
Dominum & Gubernatorem? Quo pro-
tegente, multi sancti homines, cum mente
essent in cælo, non senserunt, quid fieret in

terra.

terra. Adeò nonnunquam terra contre-miscens, non ex ira magis Numinis contremiscit, quàm in testimonium sanctitatis. Maria Victoria Cœlestinarum virginum fundatrix, adeò, inter diuinæ preces absorpta erat, vt legatur, in choro, cum ceteris Deo dicatis Virginibus officio diuino præsens nihil omnino sensisse aut animaduertisse, cùm haud exiguo terræ motu, reliquæ sociæ omnes, & ipsi adeò etiam muri chorusq; totus concuterentur. Quod vbi sociæ, finita re diuina, inuicem ingenti trepidatione narrarant, Victoria mirata est, quæsiuitque, quando, & quàm diu id accidisset? Adeò nimirum mens & conuersatio illius in cælo fixa fuit, vt nesciret, quid in terrâ ageretur. Quàm longè leuiore brachio alij diuina tractant, quos vel mus, vel musca potest ab oratione dimouere?

§. XII.

Sanctis patientibus, terra motum patitur.

Addam adhuc recentius, quod ex vita P. Marcelli Francisci Mastrilli Hispanice & Gallicè edita compendio refert Philippus Alegambe. Is Mastrillus, non sine prodigio, à lethali vulnere, per S. Franciscum Xauerium sanatus, ad Indiam atque martyrium

Ferdinad.
Meltio.
lib. 2. de
vita eius.
cap. 10.

Philipp.
Alegam-
be in In-
diæ Mar-
tyr. Soc.

Ii § tyrium